

The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Ambicio I cum fonte primo

Multi non tanta fiducia et alacritate
currerent ad honores, si et se sentirent.
Et onere grauari metuerent,
nec cum tanto labore et periculo
quarumlibet affectarent infulas dignitatum.
Nunc uero quia sola attenditur gloria
et non pena, purum esse clericum
erubescitur in ecclesia,
sese uiles estimant et inglorios
qui quocumque eminentiori loco
non fuerint sublimati.

Bernardus in epistola ad Henricum
Senonensem.

Multi enim non tanta fiducia et alacritate
currerent ad honores, si esse sentirent
et onera. Gravari profecto metuerent,
nec cum tanto labore et periculo
quarumlibet affectarent infulas dignitatum.
Nunc uero, quia sola attenditur gloria,
et non poena, purum esse clericum
erubescitur in Ecclesia,
seque uiles aestimant et inglorios,
qui quocumque eminentiori in loco
non fuerint sublimati.

Bernardus Claraeuallensis, *Epistula de
moribus et officio episcoporum*, 25.7 (SBO
7, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais
eds., p.121, ll.16-21).